Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



38

ſhm z eduxerunt Et baiulans ſibi crucem exiuit in eum qui dicitur caluarie locum
hebraice autem golgotha vbi eum crucifixerunt z cum eo alios duos hinc z hinc medium
autem ihm Scripsit autem z titulum pilatus z posuit super crucem Erat autem ſcriptum
ihs nazarenus rex iudeorum Hunc igitur titulum multi legerunt iudeorum quia prope
ciuitatem erat locus ubi crucifixus est ihs Et erat ſcriptum hebraice grece z
latine Dicebant ergo pilato pontifices iudeorum Noli ſcribere rex iudeorum ſed
quia ipse dixit rex sum iudeorum Respondit pilatus Quod ſcripsi ſcripsi Milites igitur
cum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius z fecerunt quatuor partes omni
cuique militi partem z tunicam Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per
totum Dixerunt ergo ad inuicem Non ſcindamus eam ſed ſortiamur de illa cuius sit
vt impleatur ſcriptura dicens Partiti sunt vestimenta mea ſibi z super vestem
meam miserunt sortem Et milites quidem hec fecerunt Stabat autem iuxta
crucem ihu mater eius z soror matris eius maria cleophe z maria magdalene Cum
vidisset ergo ihs matrem stantem z discipulum quem diligebat dicit matri suae Mulier
ecce filius tuus Deinde dicit discipulo ecce mater tua Et ex illa hora accepit
eam discipulus in sua Postea sciens ihs quia omnia consummata sunt ut ſcriptura impleretur
dicit Sitio Vas ergo positum erat aceto plenum Illi autem spongiam plenam
aceto hysopo circumponentes obtulerunt ori eius Cum ergo accepisset ihs acetum
dixit Consummatum est et inclinato capite tradidit spm Iudei ergo
quoniam parasceue erat ut ne remanerent in cruce corpora sabbato erat enim ma
gnus iste dies sabbati rogauerunt pilatum ut frangerentur eorum crura z tollerentur
Venerunt ergo milites z primum quidem fregerunt crura z alterius qui crucifixus est cum eo
Ad ihm vero cum venissent ut viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura
sed vnus militum lancea latus eius aperuit z continuo exiuit sanguis z aqua
Et qui vidit testimonium phibuit z verum est testimonium eius z ille scit quia vera dicit
ut z vos credatis Facta sunt enim hec ut ſcriptura impleretur Os non comminuetis
ex eo Et iterum alia ſcriptura dicit Videbunt in quem transfixerunt
Post hec autem rogauit pilatum ioseph ab arimathia eo quod esset
discipulus ihu occultus autem metu iudeorum ut tolleret corpus ihu z permisit
pilatus Venit ergo z nicodemus qui venerat ad ihm nocte primum ferens mixtu
ram myrre z aloes quasi libras centum Acceperunt ergo corpus ihu z ligauerunt
eum linteis cum aromatibus sicut mos est iudeis sepelire Erat autem in loco